ad Romanos primo Deus illis mani
festauit et hii euanuerunt in cogi
tacionibus suis et obscuratum est insi
piens cor eorum dicentes enim se
sapientes stulti facti sunt Minus
enim si philosophi naturali dictamine ducere
tenerentur animam perpetuam Amen
insuper si post hanc vitam alia
non deberet sperari quia legere
habemus per Aristotelem libro de po
mo dicentem animam humanam inmor
talem Item virtuosum suo debere cre
atori coniungi hominem ex virtute
affirmat plato in Tymeo dicit
quod anima coniuncta est corpori adhoc ut
vicia et virtutes sentiret Si autem
vicerit cum sensibus magnus a suo
creatore benigne suscipietur Si autem
non relegabitur ad inferna Ex his
igitur concluditur quod naturales philosophi ducere
tenent humanam animam creari et de
nichilo fieri et ex consequenti ipsam
animam perpetuari Pro cuius ampliori
declaracione quatuor occurrunt raciones
Prima est quia anima est indiuisibi
lis igitur est incorruptibilis conse
quencia clara est quia non potest alte
rari nec attingi ab aliquo corporali
et antecedens patet per Aristotelem 3o de anima
dicente quod intellectus est simplex
et inmixtus et perpetuus Item secunda
quia anima intellectiua est locus
specierum ut dicitur 3o de anima Sed iste
species locum non occupant ut dedu
cetur sequitur quod anima est indiuisibilis
in qua recipiuntur quia quicquid
recipitur in loco recipitur ad modum
rei recipientis sed species non
recipiantur occupatiue satis patet
quis enim est tam ebes ut dicat
species seu conceptus humanos lo
cum occupare Nam tunc diceret oportet
virum multum sapientem non posse
sapienciorem fieri quia sui con
ceptus tota eius capacitatem occupa
rent itaque noui conceptus non pos
sent superaddi quod dicere ridicu
lum Ideo dicebat auctor sex
principiorum quod anima nullum locum
occupat Secunda racio est quod anima
libera est eo quod habet liberum arbi
trium ut probat Boecius quinto de conso
lacione Igitur non subest influ
encijs superioribus et consequenter
non est corruptibilis Nam si eis
subesset tunc eciam tamquam bruta secundum
diuersitatem influenciarum varia
retur cuius oppositum experimur Ideo
Seneca in suis tragedijs libro quarto
narrat qualiter omnia encia naturalia
incertis legibus stabilita sunt
quas non possunt relinquere homo vero
nullas habet leges quas infringere
non possit Concludamus igitur
cum Aristotile primo de anima quod
intellectus est quiddam diuinum impas
sibile et inmortale Tercia racio est quod
anima seu intellectus reflectitur
super se quia experimur quod anima
cognoscit se cognoscere per actum re
flexum quod non potest facere aliqua
potencia organica seu corporalis
igitur anima est spiritualis res et
consequenter incorruptibilis so

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs161/0067
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg